UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Marcellus pp. & M. Honoratus Epis. S. Priscilla Matrona. 16. Jan.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S.Marcellus pp. & M.Honoratus Epi.
S Priſcilla Matrona.16.Jan.

Attentio in Oratione.

Quid Oratio prodeſt ſtrepitu labiorum, vbi cor eſt mutum? *Laur. Iuſtinianus.*

S.Marcelli Mart tui atque Pont. (S. Honorati conſ tui atque pont S.Priſcillæ) quæſumus Domine, annua ſolemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. per D.N.Ieſum Chr.&c

Ora pro perſeuerantia Juſtorum, &

1. S. Marcellus P. & M. Ob Catholicæ fidei Confeſſionem, iubente Maxentio Tyranno, primo fuſtibus cæſus, deinde ad ſervitium animalium cum Cuſtodia publica deputatus, ibidem ſeruiendo, amictu indutus cilicino, defunctus eſt.

2. S Honoratus Epiſ. Arelatenſis & Conf. Eius vita doctrina & miraculis fuit illuſtris. Obiit Anno 440. tale cunctis teſtamento relinquens dogma: Nemo huic Sæculo ſic amore inhæreat, quin ſponte deferere queat, quod neceſsitate naturæ peribit. Graue eſt diſpendium, ſi ſalutis Materia miniſtrare cogatur damnationi.

3. S. Priſcilla Senior, Romana Apoſtolorum diſcipula, Mater Pudentis Senatoris, obſequio Martyrum ſe mancipauit.